



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consti=||tvtionen In Di-||oecesana Synodo
Vvla-||dislaviensi**

Karnkowski, Stanisław

Colonię, 1572

VD16 W 4100

De Vicarijs & alijs inferioris Ordinis Clericis. Tit. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62991)

Concilio Tridentino decreta. Quæ autem de Canonicis Ecclesiæ Cathedralis dicta sunt (quatenus ad pietatem eorum exercendam, vel ad mores formandos, vel ad ordinem & decorem in eorum Ecclesijs conseruandum pertinent) eadem illa ad Collegiatus etiam Diœcesis nostræ pertinere volumus.

TITVLVS III.

DE VICARIIS ET ALIIS INFERIORIS ORDINIS CLERICIS.

OMnes sacerdotes, cuiuscunque gradus fuerint, attendant officio suo, & ministerium suum diligenter impleant. ^{2. Tim. 4.} Quibus verò Chori gubernandi partes mandatæ sunt, vel qui psallendi munus obtinent, aut alijs officijs in Ecclesia funguntur, sedulo prouideant, vt quæ debent, cum summa qua poterint, honestate grauitateque absoluant, vtque suis temporibus detur diuinis officijs initia. **I.** Inter canendum verò & psallendum caueant ne verba præcipitent, ne sup-

1. Cor. 14. primant, ne quid pro quo substituāt,
sed quod vult Apostolus, psallant
spiritu, psallant & mente: vt cū lin-
gua orent, mens etiam ipsorum abs-
que fructu non sit. Recordentur a-
stare se vultui Dei, cingi angelorum
cohortibus, & habere populi astan-
tis oculos in se coniectos: quare pro-
uideant, vt quæ faciunt, religiosè fa-
ciant: non veluti temporis aut priua-
ti commodi gratia, non ad oculum
seruientes, sed tanquam Domino.

Ephes. 6.

3. Quæ præstabunt tantò facilius,
quantò fuerint magis ab omni vitio-
rum sorderemoti. Quam ob rem, do-
mi suæ, sobriè, castè, pieque viuant:
ebrietatem fugiant, ocium tanquā
fomentum vitiorum omnium deui-
tent, honestis laboribus occupentur.
Celebraturenim illud dictum cuius-
dam ex Aegypti monachis, operantē
fratrem ab vno demone pulsari, oti-
osum verò ab innumeris vastari. In-
primis verò sacris literis inuigilēt, &
illud ppetuò præ oculis habeāt, quod
eius ordinis viris præcepit quidā ex pā-
tribus, Ama (inquiēs) scientiā scriptu-
rarum

Hiero. ad
Nepot.

rarum, & carnis vitia non amabis.

4.

De cætero, quæcūq; sunt vera, quæcūq; pudica, quæcūq; iusta, quæcūq; sancta, quæcūq; amabilia, quæcūq; bonæ famæ; si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitent, hæc agant, ^{Philp. 4.} vt Deum pacis habere possint secum manentem.

TITVLVS III.

De ordinandis.

QVoniam semper erunt noui operarij in vineam Domini submittendi, etiam atque etiam curandum est, vt hi sint quàm probatissimi, qui ad sacros ordines, præsertim verò ad sacerdotium, vocabuntur.

Quare, si qui erunt sacris initiandi, mandamus, vt vno mense ante ordinationem, desiderium suum explicent Parocho, sub quo vitam degunt, qui nomina ipsorum denuntiabit populo, ab eoq; testimonium petet, ac nos vel suffraganeum nostrum, per suas patentes, de re tota certiorē faciet. Nā & nostra, & Ecclesię Dei plurimū interest, tales vt assumātur,

I.

scilicet 23. c. 5.

2.

e 4

qui